



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Lamentationes Obscurorum virorum. non prohibite per
sedem Apostolicam**

Gratius, Ortwin

Colonie, 1518

VD16 G 2925

Stalberius Rubenstadio. S.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34628

parare iudeis Quid sacratissimas apostolice sedis indulgentias
permerdare. quid cū diuino saluatoris nostri corpore iocari. risum
q̄ alijs in frontispicio nostrarū epistolarū mouere contendimus.

Emendemus itaq; vitam nostram in melius. qui scienter
deliquimus. Quippe si infames nostre epistole in lucem edite nō
fuissent. Itemq; si neq; Georgij dialogus. neq; prefatōnes duo. z
alia quedā impressa forent. diu fortasse causa nostri Capnionis vl
tro ac citro cū honore omniū sopita fuisset. Vale. Ex rure subur/
bano z mecū resipisce.

¶ Antonius Rubenstadius. Stalberio horlepompiano. S.

NEquaq; vltra Sauromathas nobis aufugiendum est Inter
nos z offas multa cadūt Non vnus dumtaxat hominis p̄u/
lium sequi debemus. festinādum tarde ne Seneca presago Ue/
lor cōsiliū sequatur penitentia. Aliud nobis superest fugitarius
Blanco etē dūce Circes domū. haud longa Caieta campanie
oppido inquiramus. vt ab ea in cruentissimas mutati bestias the
ologos q̄primū deuoremus. Simile em̄ priscis factū fuisse tēpo
ribo tum Homerus ip̄e philomites. tum poete ad vnū omnes at/
testantur. Urinā viginti cubitorum dracones essemus. z quibus
apud Pliniū legitur. lōge profecto melius sese res nostre haberēt.
fuge collusionem Daubengigelij z Simpriani. Soli quo volūt
abeat. nec nos amplius sturbent. Vale. Datū frāfordie.

¶ Stalberius Rubenstadio. S.

Longe mihi alia mens est pater honorande. Nemo nostruz
quoq; pergat. nemo montes caspios. nemo Sauromathas
nemo Circes montē petat. Monoculus ego sum z lippus. ocu
lari tñ Capnionis speculo supra nasum meuz posito. vos errorib;
video implicatos. Legi apud hesioduz in theogonia Protheum
oceanī z tethyos filium. in varias sese olim formas transmutasse.
Nūc colamus dū. huic porcos z asinos offeramus. vt delusis the
ologorū oculis. bestiaz dumtaxat formā habere videamur. vt sub
tali velamento. nihil qd̄ aduersarijs placeat pagamus Quo facto
tum varie eludent species atq; ora feraz. Alius em̄ subito fiet sus
horridus atq; tigris. Squamosusq; draco z fulua ceruice leena
Dec Vergilius. Vale. Datū Craconie.

¶ Doctor Brillus. Stalberio rubenstadio
ac ceteris amicis. S. p. d.

Quid alios imprudentie accusas. quū tu sis vn⁹ omniū qui
vivant insipientissim⁹. q̄q; tamē in tenebris plus vno vide/
as oculo q̄ reliqui in luce duobus. Bestie diu fuistis z crudelissi/
mis quibusq; bestijs longe crudeliores. licet caudas in terrā depen
dentes. licet asininas aures. licet vsorū vngulas. aut solidos equo
rum pedes nō habeatis. Alij vestrū dracones sunt. alij s̄o basilisci